



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Examen Theologiæ Moralis

Moure, Antonio Fernandes de

Coloniæ Agrippinæ

Reverendissimo In Christo, Doctissimo Clarissimoq. Viro ac Domino, D.
Ottoni Gereon De Gvtmannis, Ex Sobernheim, Archiepiscopo Cyrenensi,
SS. Theologiæ Doctori, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-40934



REVERENDISSIMO IN CHRISTO,
DOCTISSIMO CLARISSIMO

Viro ac Domino,

D. OTTONI GEREON
DE GVTMANNIS, EX
Sobernheim,

ARCHIEPISCOPO CYRENENSI,
SS. Theologia Doctōri,

SERENISSIMI AC REVERENDISSIMI
*Archiepiscopi Coloniensis, S. Romani Imperij Principis Ele-
ctoris, Bavaria, VVestphalia, & Angaria Ducis, & Sedis
Apostolica Legati nati &c. Consiliario, ac per Ciuitatem &
Diocesim Coloniensem in Pontificalibus Vicario Generalis, Me-
tropolitana & Archidiaconalium Collegiatarum B. M. V. ad
Gradus Coloniensis, & S. Martini Embricensis Ecclesiarum
respectiue Praposto, Decano, & Presbytero Canonico Ca-
pitulari, Archidiacono Vltraieclensi, Tremonensi
& Hammonensi: D. meo Clemen-
tissimo, &c.*



On hominum tantum, sed libro-
rum quoque esse velut quosdam
genios, vsus docet & experientia. Id
ego in hoc ipso libro experior: qui
à me quartum iam excusus, & Re-
uer. V. nomini inscriptus, obuijs quasi vlnis &
auuidissimis SS. Theologiae studiosorum, atque e-
tiam Doctorum manibus haectenus fuit exceptus.
Spero autem eo nomine V. R. vel tandem fo-
re gratiorem, quod publica iam quasi omnium
* 2 censura

EPISTOLA

censura sit approbatus; certe non paucis ob idipsum gratum fuisse non dubito, quod R. V. cui dicatus à me est, atque iterum dicatur, nomen præscriptum gerat. Et sane cui potius inscribere debuerim, aut adhuc debeam, causam reperio nullam. Si professionem spectem; Theologus es; eiusque summus Mystes: si dignitatem, pro Serenissimo Principe Archiepiscopo & Electore Pontificalia administras: si eruditionem; paucos habes qui tecum comparari possint: si pietatem; vix inueniet Momus ipse quod reprehendere possit. Vt cæteras virtutes Tuas taceam, Liberalitatem, Modestiam, Humanitatem: tum illas quibus tam ciuilis quam Spiritualis Respublica administratur, Iustitiam, Prudentiam, Fortitudinem, Temperantiam: plane vt Clerus à Te creatus, in Te vno satis exempli habeat quod imitetur.

Quantopere verò doctrina quæ libello hoc traditur sit utilis ac necessaria, omnes sciunt. Vbi enim, quæso, vllus inueniatur animarum Pastor aut Curio, vt vulgò vocant, cui non casus eiusmodi, præsens remedium postulant, aliquando, immò sæpenumerò offerantur? In quibus tanto cautius est procedendum quanto periculosius in vtramque partem erratur. Nimirum nec remissè nimis procedendum, vt veniæ facilitas peccandi licentiam; nec nimis strictè, vt rigor desperationem pariat. Et Deum immortalem, quot & quam præstantium Theologorum, immò cuius non in hoc desudauit labor? In manibus passim omnium versantur si non nimis, saltim factis multâ

DEDICATORIA.

eis multi ea de re scripti libri & libelli, Sed ad præsentem redeo.

Qui quum tam feliciter exierit, vt quod supra dicere cepi, mihi recudendus esset: iterum ille ipse ad R. V. patrocinium confugiendum sibi duxit, humiliter petens, vt ne eo indignum se iudices, sed lucis Tuæ gratiam, ad propinquos & remotos abituro, impertias. Mihi quidem gratus nihil fieri posset, quam si gratum tibi hoc quidquid est, esse intelligam. Vale Reuerendissime in Christo Pater ac Domine, & nobis ac toti Ecclesiæ diu perenna. Colonia Agrippinæ, prid. Cal. Apr. 1628.

R. V. D.

Addictissimus

Petrus Henningius, Bibliopola
& ciuis Coloniensis.

* 3

ILLV.